

Vir agricola: Hebr. *Vir terra.* cap. 25. 27. *Vir gnarus venandi:* Hebr. *Vir agri.* cap. 45. 34. *Vir pastores.* Hebr. *Viripcoris.* Denique Exod. 4. 10. *Non sum eloquens:* Hebr. legit: *Non vir verborum ego.* Hebraismus quoque invenitur in *Verbam.* Psalm. 21. 2. *Verba delictorum meorum:* idest, delicta mea. Ad Hebr. Paulus, 1. 3. *Verbo virtutis sue:* hoc est, virtute sua. Psalm. 35. 4. *Verba oris eius iniquitas & aolus:* Hebr. *Verba fraudum.* Esth. 9. 31. *Susciperunt ieiunia:* Hebr. *Verba ieiuniorum.* Idem enim observandum est de voce *Via.* Quare dum dicitur *Via* mandatorum, iniquitatis, iustitiae, pacis, &c. Idem est, ac mandata, iniquitas, iustitia & pax. Lucanus lib. 4. *Pbarfal.* v. 267. *Leti videre viam.* Tacit. 1. *Annal.* cap. 54. *Alia morum via:* & lib. 2. cap. 5. *Prætorum via.* idest, mors, mores & praelia. Gratiâ ornatus, vel propria dialecto linguae, huiusmodi voces vocibus intentis apponunt etiam Latini AA. Virgil. 6. *Aeneid.* v. 103. *Facite laborum,* pro labores. 1. *Georg.* v. 143. *Ferri rigor,* pro ferro. & v. 162. *Robur aratri,* pro aratro. Claudian. 1. in *Eutrop.* v. 288. *Labor ævi,* pro ævo. Sic apud Lucretium, lib. 1. v. 478. *Rigor auris & lib.* 2. v. 449. *Robora ferri:* & apud Plautum in *Amphitr.* Act. 2. scen. 2. v. 1. *Res voluptatum,* pro voluptatibus. Vide alia apud Muretum lib. 6. *Variar. lect.* cap. 9.

Via pro dignitate & honore. 38. Alia via acceptio restat, nimirum *Via* pro dignitate seu manere publico, honore, five officij maiestate. In *vij iustitie ambulo,* in medio semitarum iudicij: Proverb. 8. 20. quo intelligitur illud Eccl. *In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.* Quenam ergo huiusmodi via in qua ambulat stultus? Idem dicit, v. 5. *Est malum quod videt sub sole, quasi per errorem egrediens à facie principis:* nimirum, *positum sultam in dignitate sublimi, & divites (Sapientes, Hebr.) sedere deorsum: Videt servos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos.* Lamentabile promissum, stultum sublimari & sapientem deprimi. Hic indicatur insipientis non tam insipientia, quam invercudia, & adiarphæa: equidem ut ait Hippocrates *Epijt.* ad Democrit. *Nihil ignorantia auctacius:* quæ quidem minus tolerabilis, quò toleratur, nihilque invat patientia, nisi ut graviora, tanquam ex facili ferentibus imponantur. Perniciae oritur ex eo, quòd stultus in via ambulat: idest, dignitate fungitur: siquidem non haberet, nec hiferet. Eò enim procedit manere inflatus, ut audeat sapientes vocare stultos: & audeat, quia nemo audeat compefcere; ne irriteretur in malum, & qui despiciat, furat. *Sape eruentis veritas patuit malo:* inquit Seneca, in *Oedip.* v. 817. & *Iuvenal. Satyr.* 4. à v. 89.

Infulentia præfiliis suis. Senec. *Veritas idio sa.* *Ille igitur nunquam dixit brachia contra Torrentem: nec civis erat, qui libera possit Verba animi proferre, & vitam impendere vero.*

Optimè Lorinus hic confert palato malè affecto, amara arbitranti, quæ dulcissima, & quæ sapiunt, desipientia. Omnis affectus hoc habet (inquit Seneca Epijt. 94.) ut in quo ipse insanit, alios furere patet. Haud alia in alijs nisi sua cogitat, arbitratuque excutiens alios non videt, nisi quæ videt: nihilque videt, quamvis oculis obijciatur eius tanta moles stulticia. Auctoritatem, quam prælatio exigit non habet: Ex auctoritate dignitatis propriam autumat: & quia honores debent propter dotes conferri, ex collectione dignitates somniat dotes, & eminentiores: siquidem philautus sapientes stultos æstimat, quod facere non potest nisi stultus. De quodam stultissimo dictum, cum ageret & loqueretur quia electus, quod renebat intellectus; *sententiam habet insusam.* Quomodò hic literas scit, cum non didicerit? *Crisis insignis! In hoc mirabilis. Magister honore factus, qui totis viribus non potuit esse discipulus. Iam enim apertus terebræ sensus: invenitque sapientiam, quæ vel sapientes amittunt.* Haad ita tribus retrò mensibus sciebat. Modò scit omnia. Aptius nescit, quia seipsum non cognovit, magisque apparuit stultus, cum sibi tantum videbatur doctus. *Via stulti recta in oculis eius.* Proverb. 12. 15. *Conditio eius signatur, indolem exprimens:* unde Gregor. Magn. lib. 17. *Moral.* cap. 5. inft: *Via elati superbia, via raptoris avaritia: via est lubrici concupiscentia.* Sic via stulti stulticia, ut videbimus latè *Tautolog.* 8. ita ut quicquid stulticia non fit, stulticia fit illi. Hispan. *El porte, y pensamiento del necio, es juzgar por sí à todos los demás:* tanque cognoscitur quis, qualis, quidque fit, *Campeñis & Malucnda: Quodcumque ieris, securdria patet. Ipsa vultu, gressu & signis omnibus clamat soliditatem suam.* Quia stultus est, & non cogitat se stultum, sed tantum quem videt doctum; ironice dicitur, *In via ambulat;* idest, non ambulat in via, sed in devio: Vernaculè, *vivide; No lleva camino.* Qua de causa Chald. Costi legit: *In viam spinosam se consieit.* Quia aut,

Quibus & quare? Senec.

Crisi de stulto in dignitate babilone.

Greg. Mag.

Campeñis Malucnd.

Medicina.

Qui in gravi subdit.

Versiones.

amittit sensum, subditos facit amittere: equidem ut ait Salomon, Proverb. 26. 16. *Sapientior sibi videtur septem viris, loquentibus sententiar.* Si via honor est, & stultus ita in via dignitatis ambulat; ut sapiat, deturbetur à via: etenim nihil gravius natura rationali, quam duci & perducì ab insipiente. Plura huic proposito diximus *Tom. præced. Tautolog.* 6. *Didascl.* 5. à n. 23. ibi videris. Acceptiones alias *Via* in mores, invenies apud Gregor. loc. cit. & lib. 15. cap. 25. August. in *Psal.* 24. v. 4. Sanct. Pagn. in *Isagog.* lib. 18. cap. 7. & Petr. Berchor. in *Dictionar. moral.* verb. *Via.*

39. Versiones aptatæ sunt in Tautologiae expositionibus, præut congruebant. Collectas accipe. *Revertimini filie mi & abite.* Lyran. *filie mee redite domum.* Caietan. *Itt, redite unaquaque in domum matris sue: revertimini filie mee, ite.* Maluend. *Ambulate, revertimini vira in domum matris sue: revertimini filie mee, ambulate.* Modò dirigatur sermo, ut vel in exilio, cœlestis sit conversatio; ac in paradisum redeamus hilares, qui ab illo expulsi ingemificimus exules.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. ex. curs.

1. *Revertimini & abite.* Potest esse reversio non abitus? Potest. Reversio dicitur, unde egressus inchoatur, connotatâ mansione: exunctibusque Monachis à clauetro in sæculum, quod idem videtur, haud incongruè signatur ut quid distinctum; quia nonnulli in clastrum ab egressu revertuntur, & revertentes non abeunt: etenim pestilenti sæculi conversatione, revertuntur præsentia, verum non mente.

2. *Revertimini & abite.* Quorsum huiusmodi voces, si reverti non possunt, nisi abeant? Notantur insidiaz latitantes affectionum in occasione lubrica impellentium voluptatum. Quos harum retrahit simulatus dolor, reducit impetu furor: & quæ videntur eiusdem significationis, sunt voces contrarietatis; quoniam occasione præviâ qui visco affectionis abeunt, ipsa fugâ properantes in fugita revertuntur.

3. *Revertimini & abite.* Sæpe dum abit indignationis causa, non recedit iniuriæ illatæ memoria. In odij exilium officioso amore, animi conciliantur averfi: ac cum ex amicitiaz specie in ultionem fiat abitus; causa datur remotio, verum non ira recessus. Ubi magis cum amico ab egressu revertuntur, & revertentes non abeunt: etenim pestilenti sæculi conversatione, revertuntur præsentia, verum non mente.

4. *Revertimini & abite.* Hoc est, unde abitis, nunquam revertamini; quod facit turpis affectio, & ambitiosi conditio: in fastidium honoris impete ascendere fatagit: illud ambiens & sequens avidè assequi cupit; à quo repulsi usquequaque amandatur. Abet tristis & victos, sed ad ambitum revertitur: igitur insillit & insillit in cacumen trudens iterum lapidem, quousque veniat (quavis lassus ex lapsu) ad dignitatis cacumen.

DIDASCALIA I.

Nibil turpius seculari Monacho tam in clauetro, quam in seculo.

1. **S**I ingratus, cui se conformare, placereque fatagit; quid cui fastidus, atque fastidiosus displicet? Monachos alloquit. Quorsum conversatio secularium, si in cœlis debet esse nobiscum? Non accusamus (ait Mellissus Doctor, de *Conversion.* ad Cleric. cap. 20. n. 35.) universitatem, sed nec universitatem possimus excusare. Cur & quorsum in sæculum retrorta semita, unde meditata felicissimi-

ma fuga? De Nilo asserit Senec. lib. 4. *qq; natur.* cap. 2. de quo fusè agemus, *Tautol.* 10. num. 9. *Eluctatus obstantia, in vastam altitudinem subito destitutus cadit cum ingenti circumiacentium regionum strepitu. Quem perferre gens ibi à Persis collocata non potuit obtusi assiduò fragore auribus: & ob hoc sedibus ad quietiora translatis.* Si translati sumus sæculi fugientes fragorem, in tranquillitatis femdem

Caraduph Nil.

Senec.

dem

Mundi fra-
gore abser-
desunt. Mo-
nachi.

dem (imò terna vertentes ad fugacem de-
lectarum aquam, de morte repente sensim
in vitam, ruptis obstaculis, diruptis vin-
culis, elati in sublimiorem altitudinem)
relictam appetimus mortem, & vitæ veræ
abdicimus voluptatem? Fragorem fugimus,
ut audire possemus; & postquam audivi-
mus tenorem cælestium vocum, avidè ut
sardi simus, desideramus strepitum? Nemo
respicit retrò, vera respicit, nec se re-
spicit: equidem quod in vitæ corpore tan-
tum relinquitur, animo & oculis sequitur.

Luc. 9. 62.

Esse in se-
culo labor
est.

Bernard.

Unde felice
laboriosus
Religionis
status?

Nemo mittens manum suam ad aratrum,
aptus est regno cælorum. Cælum quisquis
amittit, felicitatem expodit: aratrumque
reverso in sæculum dicitur; quippequam
si arare labor, qui sæculi in claustrum saragit,
non follicite felicitatis quietem, sed stre-
pitus laborem. O Religio! In Religione (in
Bernard. serm. de Margarita Evangel.)
homo vivit purius, cadit varius, surgit
velociter, incedit cautius, irroratur fre-
quentius, quiescit securus, moritur confi-
dentius, purgatur citius, præmiatur copio-
sius. O Religio religiosa & admirabilis! Adi
Hieronymi. Platum de Bono statu Religio-
tot. lib. I. singula mirifice exponemur.
Unde mala, ubi tot bona?

2 Ex contentione æmulantium, flo-
ruerunt pro Aarone in Sacerdotali mune-
re clara insignia meritorum: igitur non di-
gnè in dignitate assumitur, qui vacuè
commendat se; sed qui vocatur à Deo tan-
quam Aaron. Sicca virga principum Is-
raël, & virga Aaron pro Levi, collocan-
tur in Sanctuario, non pro electione, sed
ut confirmetur in Aarone facta electio; si-
quidem uti dignè electus coli debet, qui
inter sanctos meritis præstantissimè floret.
At hoc Tautolog. seq. Didasc. 6. à num. 12.
Postuit ergo Moyses in Sanctuario virgas.
Sequenti die regressus (dicitur) invenit
germinasse virgam Aaron, in domo Levi;
& surgentibus gemmis, eruperant flores,
qui filijs dilatatis, in amygdalas deforma-
ti sunt. Elucet status religiosus in claustrum
hocce in Sanctuario mirabili signo: igitur
inclusa virga germinavit, floruit & fru-
ctum tulit, quæ extrà arida ac sicca procul-
dubio iaceret.

Floruit Aarone vi Naminis arida virga.
Succinit Joachim. Camerarius, Centur. 1.
Embl. 52. Ibi floruit uti Sacerdotis, quæ
sicca inter sæculares, habens virtutem vi
Naminis, quam non haberet, ni Moyses
illam in Sanctuario collocaret: igitur Dei
præsentia erupit in virtutum inexpectabi-
lem florem, quæ foris sanè mitteretur in

Eligi debet,
qui in om-
ni dotibus
floret.

Nam. 17. 8.

Cur Mona-
chorum em-
blema, Aa-
ronis vir-
ga?

Joachim.
Camer.

ignem. Sicca ingreditur Sanctuarij clau-
stra, & egreditur florida. Mutatio utique
dextere excellit, ex persilientia in claustrum
Sanctuarij: etenim quæ in Sanctuario mi-
raculo floruit, inter reliquias foris circa
virtutem arceret. Flores & fructus sunt
virtutes & virtutum exercitia, quæ rari-
lant intra claustra. Sanctuarium est Mo-
nasterium: minimeque virga floruit ex-
tra Sanctuarium; ut conset quid sic Mo-
nachus extra, vel intra claustra: siquidem
virga fructum florens tulit sacro loco,
quæ foris erat absque ullo virtutis succo.
Aliæ virgæ etiam ingressæ, quæ secula-
rium; in quibus nulli flores, quasi non
essent ingressæ. Haud sæculares huiusmo-
di ariditate signantur, sed Monachi qui
fluxus in Monasterio feruntur depicientes
virtutes, atque sepelientes vocationem:
ibique ubi flores & fructus, nulla virtute
florescunt; quippe innatà ariditate uti sæ-
culares vivunt.

3 Perferretur amplius. Aridi homi-
nes à seculo erepti, & à cælo sunt assump-
ti; ut in Sanctuario mirifice floreat Mo-
nachi. Flores textus refert, in amygdala
deformatos. Habet in nobis fabula fi-
cta locum. Phyllis absentia Demophoon-
tis impatiens, mortem sibi concivit, quam
pietas Numinum in aridam amygdalum
convertit. Cùmque ille reversus (ait, quò
supr. Camerar. Emblem. 31.) ad arborem
venisset, illamque complexus esset; in si-
gnum lætitiæ, aiunt, eam cæpisse vire-
scere ac florescere. Quæ Ethnici auditò mira-
culo repullulationis virgæ Aaron; non si-
xerunt in miraculum? Dicemus, cùm de
Crucis ligno, agamus, Tom. seq. T. 1. in
liter. exposit. Modò haud in mythologi-
am, sed in tropologiam fabulæ Phylli-
dis. Desiderat anima nuptias cælestes, &
mortem civilem sibi consciscens (ut cla-
reat amoris fides) seculum deserit, ac in
Sanctuarium Monasterij fugit. Arida in-
greditur claustra, floretque nequaquam ut
est ingressa: quippe sentiens præsentiam
amantis, ducit in cælum, ut fructum fer-
rat amplexa amplectitur institutum. Aliæ
simul ingrediuntur, & non florent; quia
ingressæ duntaxat ut ingrederentur; vel ut
ingredientes egrediuntur, plus viventes in
domibus secularium, quam in cellis cœ-
nobiorum, sui, statufque exactissimi de-
spectus, quàm magis queritur plausus
hinc ærent, ubi alij florent; quia cùm
sanctitatem non det locus mansionis, nec
illi maneant etiam loco sanctitatis; non
florent floridissimo in Sanctuario, stantes
ibi

Quanta bo-
na ex Mo-
nasterij clau-
stra!

Car similes
amygdalo.

Idem

Monachi
imperfecti.

ibi sicut debebant in seculo. Amygdala si-
ciliam desloruere (ait Plin. lib. 17. cap. 2.)
protinus sequantur imbres; in totam po-
na desperant: adeo ut si etiam omnino nu-
billum fuit, amittant factus. Si ploratur sæ-
culi obliquo, quia evanuerunt flores; obau-
bilatur ratio, quæ exinguitur chari-
tatis: magisque Monachi ærent, ubi fru-
ctum ferre debent; quoniam nullus fructus
sanctitatis aut virtutis, ubi desiderantur
anxi sæcoli flores. Fructus indicant, cor-
pore fugisse sæculum, illo deponentes ani-
mum; & ob eius amorem; habitu regulari
servantes sæculo fidem, ut ait N. Patriar-
cha, Regul. Sancti. cap. 1. fructulque se-
ducti, ac seductores miserimè amittunt;
quia quò se peccatores esse nesciunt, eò
deterius peccatores sunt.

4. Aliter Bernardus, de Diversis, sectis
27. n. 1. Ut floreat & fructificet radix vir-
tutis geminans sursùm, fugientis in Mo-
nasterium; debet esse consideratio propo-
siti, & termini; etenim cogitari debet à
quo & ad quem, ut sibi conset ad quid.
Si quis ex vobis considerare non negligat,
non modo ut erutus sed ubi constitutus, non
solum (inquit) quid evaserit, sed quid acce-
perit; non tantum unde revocatus sit; sed
etiam quò vocatus, inveniet sine dubio bu-
is curiculum misericordie omnino mensu-
ra prioris excedere quantitatem. Confide-
rant Monachi corrupti non ob quid sæculum
relinquere; sed reliquille, & reliquille
præterierit; igitur terminum à quo faciunt ter-
minum ad quem; quippe corpus in clau-
stro, & mens in foro, violenter stantes ubi
sunt, siquidem cor illorum cum huiusmo-
di floribus aridum & vatum est, inquietum
in Monasterio, quoniam verus Ægyp-
tum cogitatio. Video & alios (quod non
sine dolore videri debet) post aggressam
Christi militiam, rursus secularibus im-
plicari negotijs; rursus cupiditatibus ter-
renis immergi: cum magna cura erigere
muros & negligere mores (ait Homil. 4.
super Missus est, n. 10.) sub prætextu quo-
que communis utilitatis, verba vendere
divitibus, matronis salutationes. Quo-
rum hæc in? Ut videantur magni, qui
magni videntur, ubi nulli? Quo intuitu
huiusmodi flores? Ut appareant urbanis?
Secus est, si non appareant: equidem æmu-
lantes sæculum, nullum referunt fructum:
considerant enim nequaquam ubi sunt, sed
ubi fuerunt, & seiplos à vocatione revo-
cari dicuntur: igitur non contemplantes
quid acceperint, nec quid evaserint; ubi
constituti qui à servitute eruti, non vocant
(Tom. V.

Plin.

Non virtus
à loco, sed
ab animo.

S. Bened.

Bernard.
Consideret
Monachus
ubi, & un-
de sit.

Non rever-
tatur inde
unde.

Idem.

Monachi
imperfecti.

libertatem sed miseram servitutem.
5 Intemus in præfatum testimonium.
Floruit virga Aaron, sicca reliquis Princi-
pum Israël. Protulit Moyses omnes virgas
de conspectu Domini: videruntque & re-
ceperunt singuli virgas suas. Tunc Domi-
nus ad Moysen: Refer virgam Aaron in
tabernaculum, ut servetur ibi. Cur ergo
si virga extrà conferuntur cæteri, refer-
vatur virga Aaronis? Ut servetur: Vir-
gam deinceps nunquam fuisse desolatam,
sed semper mansisse cum floribus & fru-
ctibus: asserunt Leonard. Marius & Abu-
lenf. hic. Minimè si extraheretur à San-
ctuario, cælestis virtutis obtineretur per-
fectio: equidem cùm eiusmodi virga signet
Monachum inclusum ad claustra; illud
ut egreditur, quamprimum Domini iussi
recluditur: ambientis quippe taëu levissi-
mi aëris, marcescunt fructus & flores.
Servetur ibi, quippequam ibi servatur, ne
per inanem motum, aër convertatur in
ventum, ac vanitatis procella maneant
solummodo folia: quandoquidem si pati-
tur huiusmodi agitationem, duntaxat
ostender Religiosis vanitatem. Ut servetur
& conservetur floribus ibi: conserva-
bit, si servetur: equidem si sicca germina-
vit & floruit intra sanctuarium; extrà pla-
nè arcescit iterum. Ut servetur ibi, ubi flo-
ruit, igitur desorebit; modò videatur, quæ
floret, quia non videtur. Ibi, non alibi, ne
flores arcescant, & fructus sine succo infe-
licissimè cadant; quippequam lamentabi-
le exemplum, ut extrà arcesceret, quæ flo-
rebat ut miraculum.

6 Ibi dicitur, quòd servetur, in si-
gnum rebellium filiorum Israël. Maluend.
ex Hebr. In signum filijs mutationis, in-
obedientia, contumacia, contraditionis.
Plerumque qui mentiri Deo per tonfuram
noscentur (ut subdit quòd supr. Patriarcha
N. de quibus etiam Gregor. Nazianzen.
Carm. 59. Anselm. Carm. de Mund. con-
temp. & Eneas Silvius in Epitaph. Si vestis
pulla, nasum caput; ampla cuculla. Quæ
Quæque iustificiant; hic homo iustus
erat.) Sunt inobedientes, contumaces, Proteo-
mutabiles, refractarij, seu potius exle-
ges, nonnunquam contradicentes Superio-
ri, qui illos arceat à periculis sæculi; qui-
que iurè dicantur filij mutationis, seu fi-
lij instabilitatis; quia primò fugerunt, ut
salvi fierent, de sæculo ad claustrum: &
modò in damnationem, de claustrum fu-
gunt in sæculum; quia species titillant
aures, & placent sæculi species; unde in
vel.

Leon.
Mar.

Periculosus
à Monaste-
rio exitus.

Verf. 101
Maluend.

S. Bened.

En. Silv.

Extra in
virtutibus
arcescunt.

velletis horum rebellum; virga florens ac ferax ponitur signum; ut clare percipiant in saeculo damnum: igitur nulla horum virtutum, neque fructuum sanctitatis essent signa; si virga educeretur extra Sanctuarii destinata septa. Illa recluditur, ne arescat in saeculo. Quid de illis, qui etiam arescunt in claustris? Qui in saeculo flores, nullatenus floret, sed marcescit: virgaque servatur in signum horum in Religionem rebellium; quippe si illa miraculose floruit in Sanctuario, illi florere non valent, nisi sint in Monasterio. Ibi collocat, ut floreat, Dominus; sed educit diabolus, ut adsint herbae manes florent & transeant, vespere transeundo decidunt, & indurent & arescant; parvipendentes fructus ferre, vel non ferre, modò levi tempore florent: virgaque florens inclusa prae se fertur in exemplum; ut incogitantes saeculi fugiant periculum: etenim maius miraculum in saeculo non arescere; quam in Sanctuario floruisse.

7 Intendite fascinati Monachi in verba Bernardi. *Qui à societate recedit* (ait in *Sentent.*) *amittit conventorum solatia, proficundo, sociorum subit fastidia, aberrans facile sequitur devota, incurrit saepe, saepius vita naufragia.* En emolumenta: moelitia, tædia, error & in devium, ac denique per abrupta precipitium. Patet cur in Tautologia dicitur: *Revertimini & abitote.* 2. Reg. 3. 16. *Abi, & revertere:* aliaque testimonia in idem propositum expofita in *Liter.* Potest esse reversio, quin sic abito? Utiq;e. Aliud fit corpore & aliud animo, dum ob virtutis formam recessus cogitatur à saeculo: equidem cum situm non constituat corpus, sed vitium aut virtus; plures à Monasterio non abeunt, & ibi stantes recedunt: per conversationem utique saecularium, à mundo abeunt revertuntur in mundum. Aprius. Reversio dicitur, unde egressus inchoatur, connotata mansione: egredientibusque Monachis è Monasterio (ubi illorum sancta atque congrua habitatio) dicitur congruè, & recedere & abire; quippe nonnulli in claustrum è saeculo revertuntur, sed non abeunt: etenim pestilenti saecularium conversatione, corpore revertuntur ad claustra, verum non mente. Haud aliud Patriarcharum propositum tot praecautioibus, nisi ut longè fiat praesens huiusmodi virus. Plura diximus, Tom. 3. T. 5. D. 6. T. 8. D. 2. & Tom. 4. T. 5. D. 5. T. 9. D. 3. hicque T. 6. a. num. 46. dicemus. *Caveant Monachi* (horum Dux & Magister, dicit in

Bernard. Effectus reddi claustris.

Ruth. 1. 12.

Quo modo intrà, sint Religiosi extra claustrum.

Opuscul. de *Ordin. conversation. Manastii.* cap. 7.) à saeculari & superfluo risu, & de frequenti locutione cum amicis saecularibus. Idem praecavet, dum exprimitur risum & colloquium; ne sint risus saecularium. *Nemini te multum familiarem ostendas* (inquit D. Thom. Opusc. 68.) *quia nimia familiaritas parit contemptum; & subtractionis à studio materiam subministrat, verbis & factis saecularium nullatenus te intronitras: equidem si non plausus, ubi contemptus; cum persona deridetur status; igitur nimia familiaritate saecularium, sensim ac indecorè intronititur ludibrium. Saecularium, ultra usum, congero in propositam sententias, ne mea vacillet sine auctoritate auctoritas.*

8 Quinam enim ex huiusmodi necessitudine Monachis quastus? Si aliquis, & aliquatenus impossibilis usus; quippe habentes illicitè copiam, non statim offendunt, sed corruptelam. Quid intenditur? Expectare expectantes est fatutas: subijci subditis, est miserrima libertas. Lavatio sollicitudinis animi, vel relaxatio? Minimè possunt placere accepta praetadio: expectatur solatium ab indigentibus? Ab infirmis malè conferenda salus. Quæritur conversatio propter delectabilem conversationem, ac eruditionis optabilem suavitatem? Dicit Bernardus de *Convers. ad Cleric.* cap. 8. num. 13. *Respirans arguit vita carnalis illecebras, & consolationes saecularis nugacitatis accusat tanquam exiguas & indignas; sed & brevissimas quoque & perniciosissimas omnibus amatoribus suis.* Quid quaerit inter illos, qui non nos sed nostra quaerunt, ut foveatur vanitas, & inflatur arrogantia in veracundæ pompas? *Utinam* (ait idem de *Offic. Episcop. & Prælator.* cap. 7. num. 29.) *nobis reliquerint moderni Nos, unde à nobis possent aliquatenus operiri!* Erubescant ergo impij, qui titulo pietatis pervagantur sine fronte; percutuntque miserè specioso velamine. Taxat vel Seneca, *Epist.* 19. *Avida* (inquit) *felicitas est, & aliene aviditati exposta. Quandiu tibi satis nihil fuerit, ipse alius non eris. Quo modo, inquit, exibo? Utrumquè. Cogita, quam multa temerè pro pecunia, quam multa laboriosè pro honore tentaveris. Aliquid & pro otio audendum est, aut in ista solitudine procuracionum, & deinde urbanorum officiorum, sensendum in tumultu, ac semper nobis fluctibus, quos effugere nulla modestia, nulla vite quiete contingit.* Propter anxietates eligitur à

S. Bened.

D. Thom. Noxia illi saecularium, familiaritatis.

Et fatua.

Bernard.

Idem.

Et molestissimas.

Senec.

pa.

partia voluntarium exitium, & quia voluntarium placet tormentum? Etiam ad audienda mala, non est patientia. Fereimus, quia saeculares nostri, aut nostrates? Fallimur deliciosis insidijs, quas artificiosè contrahunt: nec nostri sunt, nec erunt, nec fuerunt.

9 De Angelis bonis in nostram pervigilem custodiam à Numine destinatis, dixit Assessor N. *Angeli eorum semper vident faciem Patris.* Si unicuique nostrum adheret ad latus Angelus malus & bonus: cur dantaxat hi non illi nobiscum dicuntur nostri? Dixi, Tom. 3. *Tautolog.* 12. D. 3. n. 8. igitur solummodo nobiscum conversantur, ut insidiantur: nequitque esse utilis familiaritatis pectoris perfidii sub pulchra specie, & semper meditantis insidias. Dei etenim creatioe sunt, sed amicitia non sunt: & quanvis nobiscum sint, praetermittitur tacitè quasi non essent, ut videant Monachi quid sibi concilient: equidem è concurfa saecularium, qui Dei non sunt, non debent esse nobiscum. Principes sunt, sed tenebrarum: eorum amicitia additur labori labor: quandoquidem ex illis nullus potest esse splendor. Ducere quibam in huiusmodi vanitatem facata auctoritas, sed revocare ab insipientia veritas; quum ex fonte huiusmodi phantastica, stultis ambitionis, dantaxat scaturiant incommoda vanitates, quas gloriosi appetunt uti magnifica, cum re verà sint tormenta, depauperantia pauperes, atque fatuitatis fomites; qui considerent decipi, dum vident plaudì: igitur traditur, imò deditur animus, quando non solius affligit, sed inimicus, Blanditur qui latet hostis, inimicus familiaris; quod quidem cognoscitur, ubi gratia desperatur: equidem quos colebant, atque excogitabant, quippe secum, familiares; inveniunt in antractu non solum hostes, sed demones. Ex amaritudine discere possunt, quid intra Monasterium, & extra patiuntur. Ibi Angeli boni socij: hic saeculares hostes, qui videntur Angeli, scrutatores, & speculatoris cunctarum actionum, imò cogitatum, ut curiosè inspectores malignè criminantur; & nequaquam proficiantur: huiusmodique nociva necessitate, hostiumque urbanà circumventionè, Monachorum insiditè & rationalitatis taxatè turpis defectus; quia malant habitare cum demonibus, quam inter Angelos. Quid ex illis in institutum, ubi contrarium propositum?

10 Quare loquelam meam non cognoscit. Tom. V.

Matth. 18. 10.

Quæ ob commoium debet excuti.

Saeculari: in claustris non familiaritatis, sed insidiantur.

11? *Non potestis audire sermonem meum;* Ioana. 6. dixit Salvator Phariseis, & Nos Monachis, qui abominabiles facti sunt in huiusmodi saecularibus studijs. Loquebatur, sed loquela non agnoscitur: igitur si ab affectu cordis morbidæ aures; vocantis in salutem, Dei nec cognoscuntur voces. Loquela Christi est vocatio, qua in bonum animæ, revocatur à saeculo: loquelaque admittit despiciatur, nec à quo veniat agnoscitur; quippequam in vocem obturat aures, quisquis non cognoscit, nec cogitat vocationem. Quid quod Sirene de celo canter, dum Ulyses ligatus ad malum ridet? Malum utique, vocem revocantem non audire: peius sane, audire non posse. *Non potestis audire.* Aures habent & non audiunt? Nec verbum audire possunt: equidem cum assuetudine ad saecularia, ex quibus intus harmonia; quandià mundi tinnit in auribus tympanum, nec unum quidem audiunt, aut valent audire verbum. Succinit Natal. Comes, de *Venation.* lib. 4.

Non tenet imperium Regis nil audit: at Natal. Com.

Est cordi fragor, & strages & murmur, & ira.

Ex strage morum, obicis murmur: ex murmure ira, ex ira cordis procella & contra cautes strepitus, quatiens scopulos; quo impeditur in sensationem auditus; audientque est ad voces insensatus: equidem auris etiam audiens in vocem hebetior; modò fit cordi è saecularibus fragor. Plura dicemus, T. 10. D. 2. & 3. Hinc intelligitur illud Marthæ, dicentis forori, sed silentio; *Magister adest, & vocat te.* Quid illa? *Ut audivit, surgit citò, & venit ad eum.* In affectus naturales ducta, dum vocatur, revocatur; & illa audire, quia citò surrexit. Segregata erat à Christo, cum Christus esset in domo. Haud propter fratrem erat relinquendus, pet quem & propter quem relinquendus erat frater. Aliqua indigebat voce, ut removeretur ab affectu naturali: patetque minime etiam in affectu affectio; ubi vignet & illicè tanta cordis promptitudo: igitur ut à Christo per fororem audivit verbum, actantim venit ad illum. Ex modo vocationis fororis constat Magdalenes aures. In silentio vocantis scilicet & respondentis. Vocantis, è quod sciret, vel in silentio, vocem cognoscendam à forore. Respondentis, quia vocis divine affectus non esset auditor, modò ex fraterna morte esset in petore fragor. Iam non in silentio inspira-

Oblivio vocationis nisi damis aperit aures.

Ioann. 118. 28.

For. Dei fragore saeculi non auditur.

K 3

rio.

tionibus occultis, vox Dei vocantis & re-
vocantis, emittitur Monachis: altius
clamat, sed anrem faculum ticillat, quo
surdescit, dum vocem audit: igitur a
pravitate & tortuositate cordis, corrupte
obfurdescunt aures, quæ corrupte
cicatrice.

11 Leviuscula morbidis videntur hu-
iusmodi vulnera: magis lethalia, quò igno-
ta. *Minuta quadam animalia* (subdit Se-
neca, *Epist. 94.*) *cum mordent, non sen-
tiuntur: adeo tenuis illis & fallens in pe-
riculum vis est. Tumor indicat morsum, &
in ipso dolore nullum vulnus apparet.* (di-
ximus alibi, & dicemus hic *T. 6. D. 4. n. 3.*
ex Aliano vulnus ab aspidæ non percipi,
sed venenum aspidum insanabile) *idem tibi
in conversatione virorum.* Removendæ
sunt oves à lupis: eadem ut idem ait, *3. de
Ira, cap. 8.* *Sumuntur à conversantibus
mores: & ut quadam in contagios corporis
vitiis transiliunt; ita animus mala sua pro-
ximis tradit.* Segregentur, *ut dicitur
Ait Virgilius Eclog. 1. v. 51. Corruptant
mores bonos colloquia mala. Nolite sedu-
ci:* inquit Paulus; igitur nulla salus, ubi
mores corruptela corrumpuntur. *Sicut
malus àr aspidum statu tractus, inscit cor-
pus; & ita perverfa locutio aspidæ audita,
infirmantium inscit animum, ut ta-
bescat delectationis pravi operis, aspidum
iniquitate sermone:* inquit Gregor. Magn.
in *Ezech. hom. 9.* *Experientia dicitur ab
his avidè trahi ventos, sed pestiferos: et-
enim sequentes evanidum aërem, vel qui-
bus placent demonstrant probitatis corru-
ptionem. Huiusmodi negotia otia sunt, &
conversatio est ad faculum conversio: si-
quidem devotionem extinguit, spiritum
tepefacit, mentem hebetat, voluntatem
refrigerat, flammam suffocat, propo-
situm virtutis frangit, cor dissolvit, ser-
vorem remittit, studium perfectionis in
naniâ reddit; quia & cathedra pestilentia do-
cèt assecras despicere cœlestia, amare ca-
duca, appetere vana, oblectamenta dili-
gere, delicias amplecti, tempus terere,
orationes prætermittere, iocis incumbere,
ac in consummationem corruptionum, pe-
nitentis oblivisci Monachi statum. *O quot
temporibus nostris fuerunt* (exclamat Lau-
rentius Iustinian. *de Disciplin. cap. 22.*)
*qui tanquam ardentes lampades, & man-
dâ luminaria lucebant coram hominibus,
paullatim ex conversatione secularium, &
confabulatione tepefacti, ad pristinam ope-
ra secularis vitæ miserabiliter redierunt!**

Quomodo obsecratum est aurum, muta-
tus est color optimus? Dispersi sunt lapi-
des Sanctuarij in capite omnium platea-
rum.

12 *Commisti sunt inter Gentes, & di-
dicerunt opera eorum: & servierunt scul-
ptilibus eorum, & factum est illis in
scandalum.* E conversatione imitata o pera
confabulantium: quæ quidem eis in rui-
nam & præcipitium; quia ex familiarita-
te secularibus peiores, quia nisi inter sa-
culares. Levis in principio videbatur con-
versatio, quia duntaxat conversatio; quæ
apparuit morum corruptio: equidem vel
Angelorum panis vana conversatione vi-
debatur cibus levis. Titulo Religionis
quasi Gentes possent attrahere in cog-
nitionem veritatis, cum illis fabulabantur
incauti: qui corrupti contagione, non so-
lum cæpitant, sed præcipientes ruerunt:
igitur haud valuerunt Gentes perducere in
Religionem veram, & illi prolapsi in Gen-
tium idololatram. Opera Gentilium, ti-
tulo adorationis, sunt obsequia & in da-
monia. Similes illis sunt, qui faciunt eas
constante cordis conversione, servitio si-
mili: equidem familiaritate servierunt,
quæ pridem, ut par erat, è corde abomi-
nabantur. *Necesse est* (ait Seneca, *Epist. 7.*)
*aut imiteris, aut oderis. Utramque
devitandum est, ne vel similis malis fias,
quia multi sunt: neve inimicus multus,
quia dissimiles sunt. Queritur* (subdit *Epist. 14.*)
*utrum Cesar, an Pompeius possi-
deat Rempublicam. Quid tibi cum ista con-
tentione? Nulla partes tue sunt. Perit ali-
qua navis in portu. Sed tu quid accidere in
media maris credis? Quotò huius pericu-
lum paratius foret, multa agenti molle-
ntique, cui nec otium quidem tutum est? Si
in tot pericula otia, maioribus exponitur
meditata diligentia, & turpis aviditas; qua
Monachus tendit in seculares ineptias, in
vanitates & insanias falsas servitio sculpi-
lium ex amicitia virulenta secularium:
quandoquidem ubi nulla in Monacho
Monastica disciplina; consequens est, sa-
cularium adoratum idola. Nimis exem-
plo qui corruptus urgetur: unde illeceus
prævaricabitur. Fulgent vitæ ceu decora,
& qui nutritus in croceis amplexabitur
stercora.*

13 Semper malum aliquod propter
vicinum malum. Describit mores Plautus
in *Trinam. Act. 2. scen. 2. à v. 3.*
Feceris par tuis ceteris.
Nolo ego cum improbis te viris.
Novi ego hoc seculum moribus quibus sit.

Plalm. 105.
35. 36.

Tedium sta-
tur. ac in il-
licita præ-
cipitium.

Cur Mona-
chi vel ma-
li vel oseret
sculpi
Senec.

Plaut.

Ma-

Malus bonum malum esse vult, ut sit sui
similis.

Turbant, miscent mores mali.
Hec ego doleo: hæc sunt quæ me exorant.
His ergo te artibus gratiam facio,
Neu colas, neu imbas ingenium.
*Nihil ego istos mores fatuos moror, & tur-
bidos,*

Quibus boni dedecorant se.
Dum Monachi secularibus placere stu-
dent, Deo ac Religioni non placent. Ma-
los quisquis non imitatur offendit: sepe-
que ne perdat placida adular fastidio læ-
sa conscientia. Placitura non congrua
dicit, quia gratiam ambit, ne aliquo ver-
bulo destruat, quod invitâ ascitatione
confunderat. Adhuc prius manet & manet
virus. *Nec facile quemquam* (inquit Carol.
Scriban. in *Medic. Religios. lib. 3. cap. 18.*)
*bisita moribus astutum, qui non ea retu-
lerit, quæ vix annorum plurimorum de-
leri spongia potuerant. Ita semel assuetus
Religiosus, avit affectum hunc nisi cum
vita, aut infamia deponit. Vilescit quic-
quid humilitatem & institui tenuitatem
sapit: atque hinc vocationis quidam con-
temptus nascitur, omniaque displicent,
quæ probata prius: dulcia, nimirum, in
amaritudinem mellis in sella, medicamen-
ta in venena versa sunt; & quæ ante ada-
mabat anima, in horrorem mutata sunt.*
*Exultat candor, & pristina Religionis sim-
plicitas, quia evanuit pulsa sinceritas, &
veritas abacta est: pro bis culici mores, po-
litiæ agendi ratio, mentiendi libido, doli
& simulationis subintrarunt. Secum affer-
unt idola, & habent quæ colere sinua-
lacia. Ambula per viam: O Monache! Non
est via, qua ambulas, qui tendis in tene-
bras: equidem non iter iter devium, & de-
vium sanè, quod ducit in præcipitium;
quippe huiusmodi gressibus non est ambu-
lare, sed corruere. Ambula per viam &
splendorem eius contra lumen eius: igitur
si lumen sæculi arbitraris hic; ambulas in
tenebris, quia non est lumen ei. Si lumen,
est exorum; qui amiserunt lumen: & si
adhuc cœlaturat; quia in corde potius
quam in oculis aviditatem inflammat; con-
tra lumen eius obscuritatis, obijce ut
ambules, splendorem Religionis. Ne rever-
taris per iter, quo veneras: igitur Magi
Salvatoris postquam obtinuerunt gratiam,
per aliam viam reversi in regionem suam.
Vide alia in Liter. testimonijs. *Recede in
teipsum, quantum potest* (subdit Seneca,
quo dudum) *cum bis versare, qui te me-
liorem facturi sunt: illos admittite, quos**

tu potes facere meliores. Mutu ista sunt, &
homines cum docent, discunt.

14 Hinc summa superiorum vigilan-
tia, ne colloquijs secularium depraverit
Monachorum simplicitas; quippe deso-
ret, vel refrigeret charitas. *Qui dimittit
oves in pascua absque custode* (ait Bernard.
Bernard. *Serm. 77. in Cantic. num. 6.*) *pascor est
non ovium, sed luporum, Benedictus Pater,
qui in Regul. Sancti. cap. 4. instrum. 20.*
monet Monachum, *A sæculi actibus se fa-
cere alienum; in Ordin. conversat. cap. 7.*
*inquit: Et si necesse fuerit, ubi aliter esse
non poterit, Monachus non loquatur so-
lus cum seculari: nisi presentibus, & au-
dientibus alijs, de quorum fide certa sit
fiducia: & hoc maxime in juvenibus ob-
servetur: mens enim, quæ Deo servire
cupit, secularium locutionem & conversa-
tionem contemere & derelinquere debet.*
Multæ congerit & opportuna, ne terra
fructifera convertatur in falluginem à ma-
litiâ inhabitantium in terra; quippequam
dum nimis sal insuaduit, nequaquam con-
ditur, sed insaturatur. *Maxime in juveni-
bus, inquit. At quare? Dixi, adinstar amy-
gdali Monachos in Sanctuario mirabiliter
florere, fructulque ferre si plantati in do-
mo Domini: de amygdaloque aliecit Ravifi.*
*Textor. lib. 7. Offic. cap. 17. Ante maturi-
tatem sciilei fructum amittit.* Amittere de-
bet Monachus flores sæculi ob fructus ani-
mæ; qui frequenter excutuntur à fastu fer-
monis secularis per novos flores. Conversa-
tionis diuturnæ pretiosum tempus exprimit
virtutum fructus: facultasque vanæ con-
versationis suspenditur erga juvenem: quia
amittit facile fructum ante maturitatem.
Etiam sollicitatur telis, ne repat hostis: qua
de causa, *ibid. cap. 9.* inquit: *Pacem se-
minent inter se fratres, non discordiam sa-
cularium.* Ita Hæften. hic. Altissimè cau-
tum, ne ingrediatur in claustra pax pecca-
torum; igitur ad nihil aliud detervit sa-
cularium familiaritatis, nisi artificiosè ad sem-
nandas discordias.

15 Parabola Christi disquirenda. Bon-
num semen seminatum est uberi solo. *Cum
autem dormirent homines* (idest Prælati,
ut observat hic Alapid.) *venit inimicus &
superseminavit zizania in medio tritici, &
abiit.* Ex parabola fit allegoria; siquidem
simili vasto artificio, sapientissimè discor-
dia sinit in claustris. *Unde ergo* (si in agro
Monasterij grana selecta, in perturbatio-
nem cordium) *super zizania? Quod fa-
cijs occultum, haberi non ignotum. In-
micus homo doxifici.* Si zizania à sæcula-
ribus

Abstratio sa-
got pericu-
lum.

S. Bened.

Quod ma-
ximum in
ianioribus.

Textor.

S. Bened.

Verf. 17.

Verf. 18.

Senec.

Sumuntur à
conversanti-
bus mores.

Idem.

Virgil.

1. Cor. 15.

33.

Greg. Mag.

Secularium
conversatio-
est ad secu-
lum conver-
sio.

Conditio
Monachi se-
cularis.

Laurent.
Iustin.

Effectus con-
versationis.

Scriban.

Effectus.

Baruch. 4.

Ibidem.

Hec via
Monacho
non via.

3. Reg. 13.

Senec.

Occasione esse idem; nimirum O, quod nihil est, ut ait Achill. Bœchius, Symbol. 7a. & Nos iterabimus in aliud propositum hic, T. 10. D. 1. num. 8. Ea acriores voluptatis insidias, et homines præ illis procedant cæti: etenim cum ex nihilo nihil videtur vel in occasione fieri; proxima iam in occasione, quod pridem fatum videbatur nihilum, in fine apparet extremum calamitatum. Causam exponit Hippocrates 1. Aphorism. 1. Occasio (subdit) præcepti, iudicium difficile. Perpropterea difficultas iudicij præcipiti contingitur occasione: equidem sensu effreni, atque luce rationis sine luce, fumo & insidijs blandientium illecebrarum; difficillimum profecto de periculo iudicium. Vide dicta Tom. 1. 1. 5. D. 5. Indicat infelicitas Samsonis. Cum perfidia iocabatur, hinc illuc lapsus, propior (ut ait Ambros. Epist. 24) si. Absoluti essent erines. Caritati oculos, vinculis manus præbuit, & compedibus innexus. carcerem intravit. Quis præcogitaret ex istu tantam in heroæ calamitatem? Qui cognovisset præcipitem occasionem: igitur cum iudicium iuguler, radios rationis obtinebret ex appetitus dulcedine, vel dolis cognitis non considerat perire. Statim erigerunt oculos eius, & dixerunt vinclum catenis. Subdole sese occasione perfidia irripit, ac dolentem ridens confidentiam ludit: quandoquidem miser invenit catenas, quas sine iudicio præcepit arbitratus est delicias.

2. Pendamus singula. Periculum erat in capite, & paulatim ex iocis ad caput venit. Lapsus propior, si dissoluti erines. Crines sunt cogitationes, qua virtutem ample continent, modo à ratione ligentur: occasione dissolvantur virtusque vel fortioris patet iugulo, ubi liberè hinc & inde pervagatur cogitatio. Hanc iudicium legi, ut iter virtus, astringit; occasio solvere satagit: ne illecebra virtuti prævalenti prævaleat, & casum in præcipitio corruens ut iocum cognoscat: siquidem cum sepeliat præcepit, occasio iudicium, ut ignoret dissolutionis, anfractum; etiam virtus eximia supplantatur voluptatibus, in occasione certaminis liberis cogitationibus, Paulatim in captivitate ludens procelis; & nihil esse occasionem indicavit, ex qua pendebat conservatio virtutis, ne lapsus insultaret hostis; qui illum usque ad facieratem proculcavit, dum vagis cogitationibus occasione comprehendit. Claruit fuga occasionis quantum momentum, & etiam illam perturbare in illa.

Hippocr. Origo in felicitatem, quod iudicatur ut nihilum.

Ambros. Cererem intravit. Quis præcogitaret ex istu tantam in heroæ calamitatem? Qui cognovisset præcipitem occasionem: igitur cum iudicium iuguler, radios rationis obtinebret ex appetitus dulcedine, vel dolis cognitis non considerat perire. Statim erigerunt oculos eius, & dixerunt vinclum catenis.

Indic. 26. 11.

Unde quod videtur iocis, & patet vulnus.

Occaso mentem obcausat.

diciam: etenim dum Samson censuit temporis duntaxat relaxationem; in omnimodam ridendo prolapsus est excitatum. Nihil occasio videtur; & fortis occurrit, dum Samson compedes patitur. Sustinet virtutis confidentia gravitatem servitoris, ut qui fragilis caveat mulcimina voluptatis illecebris occasionis, iudicans vulnus, quod occurrit ut iocus: igitur occasionem arbitrans adinstat ludi octosam inanitatem, compedibus irretitus nec potest movere pedem.

4. Jure Venus cognoscens Cupidinem, vocat Stellionem; apud Apulei. 5. Metamorph. Vaser est: dum luceat, venena miscet, ut artificiosè lenocinans superet, quem debellare non potest: diciturque verè stellio, ut eius perfidia formidetur occasio: igitur qui invencibilis, quia discrimina non removit occasionis, gressus dedit compedibus, vinculis manus, & caritati vigilantissimos oculos, extinguit omnino constantia virtutis inexpugnabilis, vulneribus crebris insidiantis occasionis.

Risum dissimulat Venus, sed animo mœstus. Theocritus Succinit Theocritus, Edyl. 1. v. 95. Rumpitur mœstia, ni colorum varietate etiam prudentum pervertantur iudicia: tuncque sibi gratulatur & placet, dum infatigatos mulcimine decipit; modo vulnus immedicabile in lethum, acceperint uti risum. Ringit sponsam Hermiana. Hugo, lib. 3. saspin. 11. cervo insidentem, dicentemque.

Et tua que iaculas tela, venena, Venus. Herms Hugo. Preparat luxuria sagittas suas in pharetra, ut in obscuro iaculetur recta corda; ne claritate lucis pateant molimina fraudis, inveniatque incautus amarissimam mortem, ubi specie tantum dulcem cabat mulcimen. Si sponsa fugisset pedibus, sagitta forsàn præveniret cursum: in fugamque prudens elegit fugacem cervum; quoniam in occasione, obvia sagittiferâ Venere, ut frustrerentur arte venenata tela, est necessaria velocissima fuga.

5. Perijt fuga à me, faucibus exclamat David. Alij legunt: Perijt posse. Haud mirum: veneris occasio vehementer perturbat cerebrum: nequaquamque potest fugere, qui illecebrosa occasione compedibus tradit pedes, & caret oculis. Ne seise quò eat, nec unde fugiat: quippe quàm nequit fugere, qui non potest se movere. Perijt posse. Facilis videtur occasione frustratio, & impossibilis constat Veneris philtro, quo mens claudicat, & iudicium præ mulcimine vacillat: posseque fugere.

Es virtutem iugulat.

Capido, stella Apulei.

Herms Hugo.

Nec necessaria velocissima fuga, ne non vacant tela.

Phil. 1. 1. 51.

fugere occasione, insidiat, dum ab illa circumscribitur ut note pondus appetitus effrenis, & cæcitate rationis: quandoquidem quia tela fugere renuit, fugete vulnus non potuit.

Huc tanquam iussa veniunt iam sponte sagitta.

Nescio quo misera turbine mentis agor. Inquit Ovid. 2. Amor. Eleg. 9. Lapsus fanè mentis, nolle vulnera, atque vagari inter tela. Fuga effugium erat illecebrarum, dum latebat sub occasione periculum. Non ut occasio cognita discriminis, & doloribus ostensa difficultas occasionis, rationis voluntaria fatuitate: siquidem altius vulnus ex Veneris vulnere; quòd doloribus à corde faucio tunc cognoscatur fallacia, quàm nequit fugere vulnera.

6. Ego sum qui venci de pralio (dicit Summo Sacerdoti Saul, dum gregarius miles, iuxta Rabbinos) ego qui de acie fugi hodie. Miles non erubescit de fuga, & ipse fatetur, ut dispalescat infamia: Aliquando fuga strenui militis decor, ne lex frangatur, & subsistat virtus: equidem ni perniciter è pugna fugerit; pugna fugere non posset, & ille sanè cum virtute periret. Dicunt Hebraei (subdit Lyra hic) quoddam vir ille, qui fugiens è pralio ecurreret ad Heli, fuit Saul: qui quidem, captus Acha, videns tabulas testimonij in manibus Goliath, quas ex Arca acceperat; strenuè abstulit de manibus eius, & fugiens reportavit eas in Silo. Noluit Saul quia strenuè eximia virtutis, pugnam ancipitem, ubi periculum legis: dicitque gloriòse de se fugam, & nequaquam in pugnam gigantem repugnanciam; quippe quàm in ampliore virtute fuga corripitur, ne lex Domini aliquomodo per resistantiam frangatur. Restitit valens quousquè effugere potuit: & ut virtutem ostenderet, vel miles è pralio fugit; numerans gesta virtutis, quæ valide perpetraverat in hostes: igitur fugere non ignominia, sed gloria; ut lex Domini illotum conservaretur intacta. Qui potuit tabulas legis à gigante etiam victore extorquere; potuit sanequàm resistere: ceterum pugnare noluit, ut vincere fugiens quiret: etenim cum corona donetur propter virtutis certamen; sine fuga illo in conflictu nequibat fervare legem. Hodie dicit. Hodie necessaria fuga, quippe hodie ex fuga textur gloria. Qui in legem non intenderet; resitendo periret, & virtus in pugna cadere. Monstratur resistantia in occasione virtutis, si lex habetur præ oculis: ceterum dum lex iam in manu ha-

Qui fuga non sagittat, fugere nequit.

Ovid.

2. Reg. 4. 26.

Lyra.

Optima virtui fuga, ut lex permaneat illæsa.

Tom. V.

betur, fuga prodenissimè carpitur: equidem virtutis est non tantum legem non frangere; sed removere à conatu vel occasionem frangendi. Sic valet animus, arceat morbus, & rutilat virtus; ne vanà fatuissima ex virtute bellatrice confidentia vel committantur vel iterentur crimina.

7. Cùm à lege protoplastus infelicer deviasset; qui in illo collocavit à paradisi delicijs satis benignus cecidit. Emisit enim Dominus de paradiso voluptatis. Benignus? Hæcine imposita calamitate misericors? Exilium pretiosum donum, & expulso ab orto voluptatis beneficium? Gratia, detrudere in carcerem lacrymosi vallis, ut sine quiete converteretur cum penis? Pietas, vivere punitione felicitatis amittit cum stimulo memorie? Sollicitudo quotidiani victus, necessarius cultus, cum spinis & tribuis tractus, eric amantis clementia? Videtur potius vindex severitate iustitia; & tunc Adamo collata singularissima gratia: etenim cùm in paradiso, lapsus illius remaneret occasio; signum fuit summe divinz pietatis, illo exilio removere ab oculis occasiones. Deliquit, & Deus offensus amplissimam confert gratiam, illum amandans extra optabilem terram. In paradiso si existeret (quò peccavit) haberet ad manum occasionem; ut modo veller, iteraret crimen: speciale que pietatis signatur donum, inunctum actutum propter crimen exilium; quoniam nonnunquam singularis gratia, remota occasio iterandi delicta.

Facit occasio furem.

Oth. Ven. Ut inquit Otho Vznus, Amor. Emblem. 43. Paulatim æger homo allinescit malis, quæ minus gravia consuetudine doloris; unde gliscit tota audacia, quia non incognita poena.

Saucius eiurat pagnas gladiator & idem, Immemor antiqui vulneris, arma capit. Ovid. Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus undis, Et ducit remos, quàm modò navit aqua.

Ovid. 1. de Pont. Eleg. 6. v. 37. inicit occasio, appetitu vel penis non sopito; ut vel cum vulnere, assentiat illecebrarum fallacia: & cum quilibet excessus mors sit præsens in agroto; beneficium Adamo, removere à paradiso: etenim magna pietatis nobilissimum extremum, hostem infirmum nolle videre relapsam. Non relinquit amor tantus peccatorum, estis transgressores legis; dum tantopere in occasione depulsum incumbit charitas, ne ex-

In quo quæritur virtus fugat.

Gen. 3. 23.

Singularis est doni, occasionem removere peccandi.

Oth. Ven.

Ovid.

Amplius, post lapsum.

Tom. V.

tendant iusti ad iniquitates manus suas. Si in paradiso Adamus degeret, tamen non peccaret, transgredi posset. Extra quantumvis appeteret crimen, non habebat transgressionis occasionem: illumque propulsat ab horru voluptatis; ut vel offensus demonstraret pietatem pectoris; igitur uti gratiam, plectens crimen, cito contulit; non posse transgressurum actu peccare, et si vellet.

8 Eiecit Deus, cognoscens fragilitatem, & ut radicatus homo relinqueret occasionem; quin Deus fideat impacti dolori vulneris, ne iteraret aviditas deuo succumbere illecebris. Si dolore vulneratus saperet; quid quod in ipsa, unde vulnus, occasione subsisteret? Ille fugeret, ne iterum doleret: ille fugeret, ut libere vivere posset.

Liber captivus avis consimilis est: Semel fugiendi si data est occasio, Satis est: nunquam post illam possis prendere.

Ait Plautus, in Captiv. Act. 1. scen. 2. v. 7. At homini non satis est, si semel occasio detur in fugam: ambit custodiam, indicatque servitutem, non perdere libertatem: igitur ita evadere ex periculo occasione disponunt; ut magis ac magis in anfractus ingredientur. Floride Seneca.

Sic (ait, 3. de Ira cap. 16.) laqueos ferarum iactat, asringit: sic aves visum, dum trepidantes excutunt, plumis omnibus illidunt. Viscus in illecebris sunt affectiones, quibus adharet voluntas, & amittitur libertas. Libertatem amittere, semper grave: pra dolore laqueos servitutis homo conatur excutere: at cum se non fugiat, nec affectus, dum fugere cupit onus; alius inter calles voluptatis irretit, quum visco affectionum inhaerenter egreditur.

Revertimini filiae mi, & abite: dixit nurbus Noemi. Quorsum huiusmodi voces, si reverti non possunt, nisi abeuntes? Indicatur proclivitas affectionum in occasione sensibilibus voluptatum. Indicatur corpus & animus: animus; qui permanet: corpus, quod fugit: & quae videntur eiusdem significationis, sunt voces contrarietatis; quoniam occurrente occasione, qui visco affectionis abeunt, ipsa fuga properant in deserta revertuntur. Dicit Homerus: Venerunt euntes. 10. Iliad. v. 477. Quod videtur difficile, uti oppositus cursus: nec est delicijs ablaetatus affectus: etenim cum reducat, quos ratio a vulnere revocat; nequaquam fugientes abeunt, sed retro ceptes veniunt.

9 Non erit fuga eis, fugient: & non Amos 9. 1.

salvabitur ex eis qui fugerit: dicit Amos. Si fugam recessu pernici ostendit, quomodo fugiens non fugit? Negant cordis affectiones, quod alitunt in celeritate pedes. Est fuga vera, & apparenter fuga. Non fugit verè, qui permanet in occasione peccati: fugamque Propheta signat, & fugam in fuga negat; quia conitat illos in peccata reverti, dum dicunt peccata fugere. Qui secum portat voluptatum desideria, non potest fugere fuga. Relinquendi sunt appetitus, ut in fuga sit recessus. Trahit in dolorem occasio, sed fortius trahit occasione affectio. Unde si concupiscentia voluptatum retinet, quos fugere angor concupiscentiarum cogit vel longe carpta, non erit in fuga fuga: siquidem quum dicunt occasione fugere, intimius in occasione. Ratio sub manum. Fuga est, ubi non sequitur a quo fuga. Inter zque currentes non est distantia. Parum interest subtrahi corpus, ubi non fugit affectus: fugaque minime tunc videtur in fuga: quoniam blandiente fugaci cupiditatum memoria; non fugit fugiens, dum fugit sequentes cupiditates.

Non fuga vera, sed fissa.

Fugis sequentem. Dixit Martial. 5. Epigram. 45. id est, non fugis: siquidem cupiditates non fugit, qui in fuga comites habet. Ut detur fuga verè, mens debet esse longe; quippe non discedit in fuga, cui adeat ut comes fuga memoria. Proprie siquidem recedit, qui sese fugerit: & se profecto fugit, qui cupiditates expulit.

10 Astruit David, Veneris faucibus sagittis, urgente dolore cordis. Spicula vulnerarunt, & etiam super dolorem vulnerum addiderunt: unde exclamat, Quis dabit mihi pennas, sicut columba, & volabo & requiescam? Tunc sane requies, ubi cupiditatum remouentur occasiones. Sat volare, ut requiescat anima correpta fuga? Nullo modo, ni remoueat vel in fuga cogitatio. Ecce elongavi fugiens (subdit) & mansi in solitudine. Hebr. Mansi solus. Dum pennas assumit vel volando non recedit? Non elongavit, dum volatu fugit? Vallatur homo concupiscentijs, vel deficiente stillatione occasione, quae impellunt in desideria, unde cordi manant vulnera. Non sufficit volatus, dum remanet appetitus. Ubi comites concupiscentiae, homo non solus: & quum David degit solus, datur in fuga recessus; quoniam nulla in fuga fuga, comite concupiscentia. Fugit & velociter: sed mi.

Non fuga vera, sed fissa.

Martial.

Psal. 54. 7.

Verf. 82

Hebr.

Nulla in recessu fuga.

ga, comite concupiscentia.

minime recessu elongatus a quo fugit. Recesserat a loco, & nequaquam ab affectu. Remanerat ex peccato cogitatio pugnax, memoria multitudine studiosè tenax, expugnantes instabilem voluntatem, quam ratio vigil concupierat absentem. Fugit, ceterum etiam fugiendo remanuit: in fuga? Sane: solus remanuit ex vulneribus Veneris sine affectione: tuncque felix fugiens fugit; quoniam cupiditates è toto corde elongavit. Hinc causa accessiois oritur, si affectus non remouetur: igitur cum hic vel volentem liget, & fugere properat obit; graviora fugientem constingunt vincula, quia fuga in recessu saluta. Dicit vel Ethnicus lib. 17. de Bell. Punic. à v. 139. Invadunt, vanamque fugam, atque atollere fessos.

Admittentem aris, revocato è vulnere telo Corripunt: tunc vincula viro, manicaeque pudende Ad dita, & exemplum non unquam fideri letis.

11 Ulterius. In fuga Veneris salus constituitur, & elongatio ex fuga medietate signatur. Elongavi fugiens. Quis enim fugiens non recedit, a quo dilat? Qui se cum lubricis cogitationibus portat: & dum sui à se Plates Regius significat solitudinem, altrui in absentia fuga capta remouetur: quippe se vel fugientem non elongavit, qui magis fugiens ad occasionem accessit. Fuga est portus salinis post naufragium, & Propheta inficiatur in fuga portum. Non salvabitur (inquit) ex eis qui fugerit. Patet & quam insidiosa Venas, si inlat periculum ex periculo salus. Salvatur, qui fugit: & è retibus egreditur: minimeque elongatur, è periculo propter animae salutem, qui in ipso recessu criminis magis fovet occasionem. Non saluti occidisse piget hominem, qui adhuc nitore disponit in lubrico: ait Bernard. serm. 1. in Pasche. n. 16. Tunc igitur remotione nequaquam est egredi, sed correre: est se movere & stare; quippe moventur pedes, ceterum in motu haudquaquam remouentur affectiones.

Sil. Ital.

Sene in recessu nulla occasio remouetio.

Ubi supr.

Bernard.

Psal. 11. 9.

egressum instat cruciamen doloris: conscientia tela vibrat, ratio flagellat: sed in circuitu ambulat; quia in doloribus permanet, quasi nihil ambularet. Totum subsidium in fuga est, & excutere ærummatum percipit cor; sed ambulat in circuitu, frustrato egressiois voto: igitur ambulando nihil proficit, quia à labore non discedit. Lassatus pergit in via iniquitatis & perditionis ambulans vias difficiles: equidem cum levamen sit in exitu, tanquam itineris termino, & ille procedat gressus movens in circuitu; & fugere ambulans in libertatem, & semper ferens dolorem; quia in tot repetitis gressibus, in exitum neque motus. Si animus intendit à tantis iniurijs liberari, & ambulat egredi; quare non potest exire? Ambulat ligatus ab occasiois & quandiu occasio duraverit; quantumvis processerit, à peccato non exibat. In impulsione occasione, stat summa libertatis, quam vult & renuit, qui peccatum averfatur; & occasione non odit: igitur in vanum pro libertate procedendo laborant, quia non in rectum, sed in circuitu perambulant. Vivide Nostates: No madan de procer, sin aân un passo in tantos passos que dan. Nos terminatur mortus, si in gyrum agitur cursus. Volens in Ison, & se sequiturque, fugiatque.

De quo hic Tautolog. 5. n. 24. Fugit & sequitur. Concinnè, ut pateat propositum meditantium fugam & non recessum: quandoquidem qui fugit, non fugit crimen, dum sequitur occasionem. Ambulat recedunt in circuitu, quo deliquimus mentis & quassatio corporis, & nunquam quies: igitur qui fecerit ligatus nunquam quietet, ni occasioneis erroris à se removerit.

13 Navis est anima nostra, quae peregrina hinc inde vagatur per vitalitatis æquora; quousque vel felix applicet in portum gloria, vel sumergatur usque in profundum inferni. Contempleram navem Iona, in qua cogitavit fugere. Illud se liberum à lege imposta induxit, cum navis è portu solvit; sed insensibile mare Dei sensit fuga meditata: despectum, & pugnavit pro illo contra insensatum: igitur fluctibus tumidis in Iona irruente, navis quassata periclitabatur conterri. Cor vectorum urgente necessitate clamabat; sed Deus quasi furdas non audiebat; quò pler industria sedare maris commotionem induit, acriorem itam implacabile evomuit. Mare ibat & intumescibat. In Tom. V.

Iter sine termino, ubi non desulsa occasio.

Ovid.

Qui sequitur occasionem, non fugit crimen.

Quis sequitur occasionem, non fugit crimen.

Verf. 121

astra

astra pervenit; & pontum. celo conianxit, Stridens aquilone procella. Velum adversa ferit, fluctusque ad sidera tollit.

Virgil.

Franguntur remi: tum prora avertit, & undis. Dat lasas, insequitur cumulo praepruptus aqua monti. Terram inter fluctus aperit, furit aestus arenis.

Quid ergo cogitandum, ut maris tantus avertatur furor? Dicit tempestatis auctor:

Ion. 1. 12.

Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis: scio enim ego, quoniam propter me tempestas hac grandis super vos. Illumi? Protecto. Erat ille procellae instantis occasio: & nequaquam, quo valeret effugerent tempestatem; ni à se & quamprimum averterent tempestatem occasionem. Illi farcinis, sive mercibus proiectis, satagebat salutis perfractae navis; verum urgebat procella, quoniam procellae non removebatur causa; ambulantibus in circuitu, infectis factis; quippe casta iudicia cogitationis, periculo imminente sine evasione periculi: siquidem nullo modo aut industria sese expedient à periculo, quousque longissimè projiciatur occasio.

Mones periculum la tibi, existente occasione peccati.

14. Fracta lege divina, saepe sapius ingruit in transgressorem procella. Calamitates gravant, amaritudines instant, tempestates flagellant, irruentes quasi fluctus in navem vitæ; ut convertatur ad cor, qui causa procellae. Quot urgent infirmitates? quot disferunt aegritudines? Clamor ex dolore cordis elevatur in caelum; sed caelum surdum. Mitecet, quod pietate pollet, & afflictos exaudiet? Nullo modo, quousque expellatur transgressionis occasio: e quidem vel tonsionibus cordis nullam habet poenitentiam, qui secum portat criminis, de quo dolet, impellentem occasionem. Propter illam tempestates advenerunt. Quae non mota in cruciaminum effugium? Veruntamen cuncta in vacuum: igitur tempestas incessanter vel dolentem persequetur; quousque occasio criminis in profundum projiciatur. Mita animæ in morte occasionis est, ut à procellis evadat liberè cor: quandoquidem semper subiacebit damnationis periculo, ni in pelago lachrymarum (ut vivat caelo) summergatur occasio. Non dolet anima, ni doleat ita; sed excitat eropes, ad excusandas excusationes in peccatis, quae relinquens sequitur, quippe occasio non relinquatur.

Ubi criminis occasio, non potest esse de crimine poenitendo.

Sed tamen exibis, debinc redire voles; Præstans culpa splendida verba tua.

Ovid.

DIDASCALIA III.

Amicitia reconciliata plerumque ficta.

INGENIOSUM est odium humani pectoris, in vindictam accepti vel à potentiore vulneris: etenim quod nequit obtinere potentia, tutius disponit industria: quae quidem perfidiam celat fidei specioso velamine, ubi nullus amor sub amoris specie; ut dum fulget larva artefacta speciositas, labatur incautus in meditata insidia. Præstantissimum, amicis studioso benefacere, & ex inimicis infensis amicos reddere quippe improprium inter mortales homines, iniurias esse immortales. Quid est gloriosius (ait Seneca, 2. de Ira, cap. 34.) quam iram amicitiam mutare? Quos populus Romanus fideles habet socios, quam quos habuit pertinacissimos hostes? Cedit statim similes ab altera parte deserta: nisi par non pugnat. Pollice profecto insignis, cultaque evangelicus praecipit; sed pra vididit etiam cultus subdola simulationis: igitur nullatenus qui sitit sanguinem; potitur voto; ni sub virtutis specie appareret simulatio. Vulpi aptatur ovina extrinsecus pellis, ne appareat intentio vulpes.

Improprium, inter mortales, mortales inimicis non esse.

Seneca.

Seneca nulla obtingit iracundia, Nisi mors. Sepultos nullos attingit dolor. Infit Sophocli. Oedip. in Colon. v. 336. Quem dolor vulneris urget, lenimen quarit. Non vult faucibus relinquere sensum; sed doloris vindicta apponere pharmacum. Hoc est, sanguis inferentis iniuriam, quae transivit usque in animam, cruciamine vivo, atque permanente sensu; quousque dolor compefcat dolore: unde cum cor infirmetur iniqua vulneri; haud quicquid valere nisi inimici sanguine. Huic inhiat, verum fugit opportunitas: quariturque optabilis familiaritas, reintegrata amicitia, & simul amoris forma; ut sub amicitiae venerabili specie, tutius usque ad fatietatem inebrietur cruore. Frequens phrasit in scriptura (uti patuit in Liter. exposit.) invenitur: Abijt & recessit. In principali Tautologia, Revertimini & abite; quasi posset esse abitus, & non recessus. Potest, & saepe contingit, quoties offensus è corde iracundiam non remittit;

Sophocli.

Simulatur amor, ut in extercitatur furor.

Ruth. 1. 12.

mittit: igitur abit ab oculis iniuriae causas sed non recedit iniuria illata memoria. Aptius proposito Didascaliz. In odij expulsiōem, ultionem appetentis, numen collocaur amoris, qui corda averfa conciliat, dum in amicitiam arctat: verum cum ex amicitia in vindictam fiat abusus; caufe datur abitus, nequaquam iræ recessus: abit, dum cor obliviscitur, ceteram ira revertitur; quippe sub larva amicitiae, totum studium ultioni. Dialecto nostra: La causa del enojo en los corazones passa, pero no passa el enojo. Unde cum perfitat dolor, & inset ultionis furor; evaginat latentem auratam harpen, ubicunque & quotiescunque nanciscitur occasione.

Sub larva amicitiae, studium ultioni.

Seneca. Honor & dolus, gratia & fraus fratris.

1. Reg. 13.

Verf. 17.

Sape bono viri cultus, ut vindictam recipiat peccati.

Mira Ethnicorum fictio, sed vera pro documento. Honor & Dolus, Gratia & Fraus fratres sunt: ait Stuk. de Saerisfe. Gent. cap. 50. quod fumpit ex Cicer, lib. 3. de Natur. Deor. qui addit Metam & Invidiam. Quae non cogitat vindicta, modo dolentia exandescant corda? igitur ita agit in ultionem furor; ut honor eligatur, si medium honor. Non rectis oculis Saul respiciebat Davidem, qui iugularat infenlum regno gigantem; utque posset obtinere specie gratiae quod meditabatur peccus; fecit cum tribunalum super mille viros. Si penes animum est gratiae constitutum; erit honos uti est animas. Davidem mori ingratus cupiebat Princeps; sed nolebat videri causa mortis. Non sit manus mea (reputabat) sed sit super illum manus Philistino-rum. Gratia est acceptioe visa, & dolus in ipsa gratia; igitur manus hand collatum, uti ab oculis plaudeat; sed ut inelytus athleta indignè interficeretur. Iam enim emiserat in cum esto immerito, & in casum, semel & iterum lanceam; ut quasi sui non esset, impunè eius posset adimere vitam. In amicitiam recepit, quem bis telo transfodere concupivit; & simul Liarchi munere decoravit. Non honor minus, sed dolus, & alie instruetus, ut caveret David à fide perfida fluxa, latente sub pida reconciliationis larva; inveniens auratam fraudem, quem concipiebat honorem; igitur tantam haud largitus dignitatem, ut mericum honoraret; sed ut honore qui incautus inter applausus periret. Reliqua infra.

Alte tanti lesionem ponderis, vitæque momenti percaluit David; quippe capite proprio didicit ex his quae passus est. Conatus est ostendere in holtem, animi

initam nobilitatem; & cum interficere tutò possit, magnanimiter pepercit, inò interfici prohibuit. In pectore ingrato & sanguinolento, quò maiora exhibentur obsequia, cò acriora etiam in obsequentem gignuntur odia. Potuit David face-re mala & non fecit; inimicoque insidiantì ostendit in confusione, potuisse. Hostis cognovit, ploravit, fœdissime pepigit. Unde in aulam carpta via; David & viri eius ascenderunt in tutiora loca. Ad loca inaccessa dirigitur gressus, dum placatur Regis animas? Tutiora eligit qui quolibet tutus? Nonne insidius taterur pectoris malignitatem, & fuis lachrymis implæ persecutionis poenitentiam? Nonne reconciliata averfa corda? Haud alia in tutius recedit causa. Tutia arte reconciliationem illa erant antra, seu potius iustitia, solis ibicibus pervia. In locis tutissimis Engadi; & qui tutissima in persecutione eligit, nec tura post initum sedus atque lachrymas cognoscit; quippe post animi averfictam reconciliationem semper hostis in ultionem meditatur caute fraudem. Quid per Saul (ait Greg. Magn. 3. p. Pastor. admonit. 5.) nisi mali retores, quid per David nisi subitit designantur? Superior habebat Superiorem damnationem, qui continuo in innocenter agitabat: relictaeque tutissimis antris, tutiora quarit in zetu persecutionis, fidem comprobante lachryma, atque expressa poenitentia; quoniam maligni fides non digna fide, uti Praes agitatur à Superiore damone. Est qui nequiter se humiliat & interiora eius plena sunt dolo: equidem denudat in amicitiam peccus, ut vomat peccatoris virus.

Ibid. c. 24.

Semper fit cautio à reconciliato amico.

Verf. 1.

Gregor.

Unde infesta subditio-rum innocentia?

In tutiora loca. Prudentissimè: non erat amicitia, sed amicitia fucata: ma-lusque later, sed imminet, in innocenter discrimen; ubi odium sumit in ictum benevolentiae colorem. Nemo quicquam facile credit, quo credito dolendum sit: inquit Marc. Seneca, lib. 5. Controv. 2. Doluerat saepe David de fide regia: & facta fide vadit in tutiora loca; quia magis cavendum est, ubi cavendum est plus: quandoguidem nulla peccatoris fides, ubi amicitiae atque gratiae tantum videtur species.

M. Seneca. Non gratia fides, ubi tantum spes est.

Cum inimico nemo in gratiam cito redit. Accinit in Mim. Publ. Syr. v. 27. Color est larva est. Pingit hostis gratiam in vindictam, ut ficto nanciscatur obsequio, quod nequit aperto Marte vel odio: & in tutamen (quasi rescisa formidinis causa)

Publ. Syr.

petun;